

Anhang VII

Objekttyp: **Appendix**

Zeitschrift: **Freiburger Geschichtsblätter**

Band (Jahr): **74 (1997)**

PDF erstellt am: **16.08.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

ANHANG VII

Auszug aus der Augustinerchronik 1818. – StAF, Augustinerarchiv, Augustiner 1, S. 656–657.

1818

Erat pro nobis annus miserrimus. Quasi lupi rapaces nos invaserunt aliqui Canonici et Senatores et cum ipso Reverendissimo Episcopo 9 januarii in conventum venerunt, volentes nos devorare et dispergere gregem. Inventarium omnium bonorum sumtum (sic) est et canonicus Chassot director eorum constitutus qui a 9a januarii usque ad 23 augustim etiam in monasterio sedem suam fixerat, qua die litteris a Reverendissimo Generali ad nos datis exire coactus est et nos a Supremo Senatu in nostrum statum pristinum restituti sumus. Fratres omnes per hos 9 menses multa passi sunt. Fere ad sustentandam vitam nobis victus probebatur. Omnibus modis nos ad petendam saecularisationem impellere studebant, sed omnes firmiter stetimus. Intentio eorum nulla alia erat quam transferendi Seminarium in nostrum Monasterium. Et nisi adhuc protectores invenissemus, de nostro Conventu factum fuisset. Reverendissimus Pater Girard, Commissarius generalis ordinis Franciscanorum, et Reverendissimus Guardianus Seraphin Marchand plurimum laboraverunt pro sustentatione Conventus, quibus etiam maximas grates habere dignum est.

In festo S. M. Monicae sermonem habuit ipse tunc concionator ordinarius Gelasius. – In octava Corporis Christi processionem habuit Canonicus Chassot tunc temporis director intrusus. – In festo Sancti Patris Augustini sacrum celebravit idem Chassot. Concionem habuit ipse concionator ordinis tunc temporis Gelasius. // (S. 657) – In festo Sancti Nicolai iidem ut in festo Sancti Patris.

Die 21a septembris e vita discessit Reverendissimus Pater Mauritius Fasel, Prior actualis, 76 annos natus, qui forsitan majorem senectudem (sic) attigisset nisi eodem anno tam multa molesta perpassus esset. In ejus locum suffectus est Pater Gelasius Reinhard.

1 novembris prima vice ad Sanctum Joannem minorem per Reverendissimum Patrem Nicolaum Kolly alternatim cum Patre Alphonso Michel instructio in ergastulo inclusis facta est pro qua quotannis a Senatu nobis 80 Livres (suisses) solvantur.

Hoc anno prope 17 dolia vini in vineis nostris a Corseaux sitis collegimus.